XL. Posset quidem optimè ac facilè ex dictis inferri hanc primam substãtiã non posse esse materiam tam tanquã compositam ex hac materia rerũ generabilium & corruptibilium: nam omnes res q̃ ex hac materia cõponuntur, necessariò requirunt efficiẽtem causam, quia hæc materia nõ habet ex se innatam aliquam formã, cũ de se sit subiecta mutationi cuiuslibet formę: vnde necessariò requirit formam ab aliquo efficiẽte, quod est causa totius compositi ex tali materia & forma: cũ igitur omne huiusmodi compositũ factum sit, rectè cõcluditur illud ens quod nõ habet causam efficiẽtem, non esse compositum ex hac materia: an verò ipsamet materia facta sit, nec ne, non põt ex solo p̃dicto discursu definiri. Rursus, an illa substantia increata possit esse materialis vt cõstãs ex alia materia: vel ẽt an possit esse corporea, vt substantia simplex quantitati subiecta, sicut Auerroes de cœlo existimauit: ac denique an cœlum ipsum, quod ingenerabile creditur, & incorruptibile, sit substantia facta, nec ne, non existimo posse ex prædicto solo discursu definiri; sed vlterius progrediendum est, aliis principiis vtendo, vt posteà videbimus: hactenus ergo solum est demonstratum esse aliquam substantiam increatam, & immaterialem in dicto sensu.

A in hoc sensu esset vera illa quarta sentẽtia, & à secunda non discordaret) parat aliquo modo viam, & disponit ad prædictam demonstrationem conficiendam: tum quia ex motu & sensibilibus effectibus ascendimus ad considerandã rationem effectus & causæ secundũ se, & ex dependentia in motu, ad dependentiã in esse & origine, per quã ad primum ens increatum peruenimus, tùm etiã quia, si non omnino euidente, saltem probabilissimo discursu peruenimus per physicam viã ad motorem cęli ab eo separatũ, ex quo facilius Metaphysicus discurrit ad inquirendum nõ iam primum motorem cęli, sed primum factorem rerũ, sumendo proportionalia principia, tantò euidentiora, quantò abstractiora, vt satis declarauimus.

Ad fundamenta Commentarios respõdetur, & ad primum, Aristotelem in Physica non satis demonstrasse Deũ esse, aut propria attributa Dei ex solo motu Physico, quod partim ostensum est, partim in sequentibus demõstrabitur, sed ibi probabiliter ostendit primum motorem immobilẽ. In secundo autem Metap. rectè docuit, & probauit non dari processum in infinitum in causis efficientibus, ex quo principio euidenter concluditur necessarium esse aliquod ens factum. Ad secũdum respondetur Metaphysicam, cũ sit suprema scientia, probare posse suũ obiectũ esse, maximè cum non de adæquato, sed de primario obiecto sit sermo, & de demonstratione à posteriori, de quo suprà in prima demonstratione dictũ est. XLII.

B

Quid de opinionibus supra relatis sentiendum sit.

XLI. TAndem ex dictis constat veritas secũdæ opinionis superius relatæ, & consequenter ostẽsum est, primam & tertiam absolutè falsas esse, quantum ad id in quo conueniunt, scilicet quod per mediũ purè physicũ possit demonstrari substãtia increata aut abstracta ab omnibus reb. materialibus. Quoad id verò in quo tertia cũ secunda conuenit, scilicet demõstrationem Metaphysicam per se, esse ad hoc sufficientem, verũ dicit: hoc.n. est quod ipso vsu, & examinatione vtriusque medii à nobis est demonstratũ. Quarta verò opinio, si intelligat Metaphysicam demonstrationem per se & intrinsecè pẽdere ab aliquo principio, vel medio purè physico, vt Sõcinas, & Iauellus sentiunt, falsa ẽt est, nã discursus factus nullã dependentiã habet ex physico medio, vt constat ex dictis. Vnde ẽt constat repugnantiam inuolure quod Iauellus ait ad Physicum pertinere demonstrare substantiã primã esse, ad Metaphysicum verò quid sit. Tũ quia Metaphysicus nõ accipit à Physico suũ primarium subiectũ, tũ maximè quia nos non possumus demonstrare Deũ esse nisi demõstrãdo aliquo modo quid sit, vt ex dicendis clarius patebit: demonstrando.n. quædã attributa conuenire cuidã enti quod est principiũ cæterorũ, demonstramus esse Deũ: primum autẽ ex illis attributis & maximè essentiale est illud q̃ hactenus demõstrauimus, s. esse à se, & sine efficientia ab alio, & cętera omnia in tũ ferè demonstrari possunt, in quantum cũm hoc connexionem habent, vt videbimus. Vnde ad eũ maximè pertinet demonstrare quid sit Deus, ad quẽ pertinet demõstrare esse ens à se, seu per essentiã, & non ab alio, & è conuerso ille propriè demonstrat Deũ esse, qui demonstrat esse in rerũ natura aliquod ens increatũ: non.n. possunt hæc munera inter se partiri Physica & Metaphsica, sed totũ hoc negotium Metaphysicæ est Physica verò (&

C

SECTIO II.

Vtrùm à posteriori demonstrari possit Deum esse, ostendendo vnum tantum esse increatum ens.

QVanquam discursu facto præcedente sectione, euidenter probatum sit, nõ posse oĩa entia esse facta, sed aliquod esse non factum, q̃ verò hoc sit vnũ, & nõ plura, nondum est illa ratiocinatione conclusũ. Dicere.n. posset aliquis omne quidẽ quod factũ est, ab alio factũ esse, & in hoc progressu sistendũ esse singulis rerum ordinib. in aliquo principio non facto, nõ tũ in vno & eodẽ, sed in pluribus pro rerũ, & specierũ diuersitate, quo mõ nõnulli gentiũ posuerũt diuersatũ rerũ principia, vt vnũ Deũ frumenti, aliũ vini, &c. Ex hæreticis ẽt quidã posuerunt vnũ principiũ spirituũ, & aliud corporũ, vel vnũ bonarũ rerũ, & aliud malarũ, q̃ summũ bonũ & malũ appellabant, vt Manichęi & similes. Iuxta quẽ falsũ errorẽ nullũ ens ẽt si sit increatũ esset verus Deus, sm̃ illud quod p hãc vocẽ nos significare intẽdimus. Et fortasse ĩ hoc sensu dixit insipiẽs ille in corde suo, nõ est Deus qd̃ tribuit Diagoræ Cice. li. 1. de Natur. Deor. & Aug. lib. 3. cont. liter. Petilian. c. 21. Lactan. lib. 1. c. 2. Theod. lib. 3. de curand. affect. Græc. Si autẽ ostenderimus hoc ens increatũ ac per se necessarium tũ esse posse vnũ numero sm̃ naturam & essentiã, fiet planè consequens illud esse primam cãm cæterorũ oĩum, quæ sunt vel esse possunt, atq; adeò esse Deũ, & consequẽter esse verũ Deũ. Quapropter demõstrationes, quę à Philosphis & Theologis afferri solẽt ad probãdã vnitatẽ Dei ex infinita pfectione diuinæ naturæ, licet aliàs sint opti-

I.